Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

In catenam super Marci et Iohannis evangeliis editam - Cod. Aug. pap. 6

Thomas <von Aquin, Heiliger>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Cap. V

urn:nbn:de:bsz:31-84699

Visual Library

placauit non baculo ut moyses non pre-
cibus ut helyseus verumetiam neque archa ut
illique naue secundum hoc ut deus eius indicabat
secundum id quod dormiebat homo Jeronimus Iuxta
te vero puppis in cuius cerne est cum quo dominus
corporaliter dormit qui custodit israel Pup-
pis enim mortuis pellibus viuas continet et
fluctus arcet et ligno solidatur id est cruce et
morte domini ecclesia saluatur Ceruical corporis
domini est eius diuinitas sicut caput inclinata
est Ventus autem et mare demones et per-
secutores sunt quibus dicit Tace quietem com-
pescit edicta regum iniquorum ut voluit
Tranquillitas magna est pax ecclesie post pres-
suram siue theorica post actiuam
Beda vel nauicula quam ascendit passi-
onis arbor intelligitur per quam fideles ad se-
curitatem secure littoris peruenit Alie
naues que fuisse dicuntur cum domino illos signi-
ficant qui fide dominice crucis imbuti sunt non tamen
turbine tribulationum pulsati Vel post
temptationum procellas serenitate pacis
vtuntur Discipulis autem nauigantibus xpus
obdormiuit quia fidelibus futuri regni qui-
etem meditantibus tempus dominice passionis
aduenit Vnde bene hoc sero factum fuisse
perhibetur ut vi solis occubitu non sola
domini dormicio sed ipsa discedentis lucis
hora significet Ascendente autem illo pup-
pim crucis fluctus blasphemancium persecutorum
assurgunt demoniacis concitati procellis
quibus tamen non ipsius paciencia turbatur Sed
discipulorum imbecillitas concutitur Excitant
autem discipuli dominum quia cuius mortem
viderant maximis votis resurrectionem
querebant Vento exurgens comminatus
est quia resurrectione celebrata dyaboli superbia
strauit mare silere precepit quia iudeorum
rabiem resurgendo deiecit discipulos ar-
guit quod post resurrectionem exprobrauit
eis incredulitatem cordis Et nos quoque cum
signo dominice crucis imbuti seculum relinquere
disponimus nauem cum ihesu conscendimus mare
transire conamur Sed nauis nauigantibus
inter equoris fremitus obdormit quando
inter medios virtutum nisus vel immundorum

spirituum vel hominum prauorum vel ipso mare
cogitationum impetu animis flamma refrigescit.
Vnde inter huiusmodi procellas illud sedulo ex-
citemus mox tempestatem compescet refun-
det tranquillitatem portum salutis indul-
gebit Sequitur Capitulum quintum
Et venerunt transfre-
tum maris Theophilus
Alia que in nauicula
erant conquirebant ad
inuicem quis putas est
iste im inimicorum testacio
affirmatur quibus esset
Accessit enim demoniacus confitens ipsum esse
filium dei Ad quod intendens euangelista atten-
dens dicit Et venerunt transfretum maris
in regionem gerasenorum Jeronimus Gerasa
est urbs insignis arabie trans iordanem iux-
ta montem galaad quam tenuit tribus ma-
nasse non longe a stagno tyberiadis in
quod porci precipitati Crisostomus Sed tamen
neque gerasenorum exquisita scriptura continet
sed gergesinorum Gerasa enim ciuitas est
iudee et nequaquam est circa mare Gerasa
vero arabie est ciuitas neque mare neque stag-
num propinquum habens Et ne tam euidens
mendacium euangeliste dixisse videantur
viri tam diligentes scientes que circa iudeam
erant Gergese quidem a qua gergesei an-
tiqua ciuitas fuit nunc tyberias nuncupa-
ta circa quam precipitium est circa positum stagni
Sequitur Et exeunti ei de naui statim oc-
currit de monumentis homo in spiritu immun-
do Augustinus de consensu euangelistarum Sed matheus
duos dicit fuisse marcus et lucas vnum
commemorant ut intelligas vnum eorum
fuisse persone alicuius clarioris quem regio
illa maxime dolebat Crisostomus vel videtur
quod marcus et lucas illud quod erat mise-
rabilius narrauerunt et propter hoc diffusius
quod illi contingebat enarrant Sequitur
enim Et neque cathenis iam quisquam eum
poterat ligare quoniam sepe cathenis et compe-
dibus vinctus dirupisset cathenas et compe-
des comminuisset Et nemo poterat eum doma-
re et semper nocte ac die in monumentis et

in montibus erat clamans et concidens
se lapidibus. Dixerunt ergo simpliciter de
moniacum nimis non quaerendo vel ut vir
tutem maiorem ostenderent operantis. Nam
qui unum talem curavit non erat ei impossibile
multos alios curare. Nec tamen hic dis
sonancia demonstratur. Non enim dixerunt quod
unus plus erat, quod si dixissent Mattheo
contradicere putarentur. Habitabant autem in monu
mentis demones erroneum dogma multis
volentes immittere quod decedencium animae
demones efficiantur. Gregorius Nyssenus. Paravit
autem se contra demonum ad resistendum domine
potestati. Cum autem appropinquaret qui potestatem
habet super omnia, exclamavit eminentem eius
virtutem. Unde sequitur: Videns autem Ihesum a
longe cucurrit et adoravit eum. Et clamans
voce magna dixit ei: Quid mihi et tibi Ihesu
fili dei altissimi. Cyrillus. Vide demonem
duplici passione divisum, audacia et ti
more. Velutat et orat quasi questionem aliquam
intentans, vult scire quid Ihesu et sibi
commune, quasi diceret: Qua de causa eicis me ab ho
minibus qui sunt mei. Beda. Que autem
impietas est Iudeorum eum dicere in principe de
moniorum eiecisse demonia, quem et ipsa
demonia fatentur nichil secum habere commune.
Cyrillus. Deinde orans subiungit: Adiuro
te per deum ne me torqueas. Emissionem
enim reputabat tormentum, vel eciam invisibi
liter torquebat. Crisostomus. Quamvis enim
mali sint demones, sciunt tamen quod ipsos
propter peccata expectat ultimo aliqua pena.
Quia vero nondum eis tempus ultime pene ad
venerat, firmissime cognoscebant, maxime
cum permissi essent eis hominibus commisceri. Sed
quia Christus comprehenderat eos tanta mala per
petrare, putabant quod propter factorum excessum il
lum primi temporis minime expectarent.
Propter hoc supplicant ne torqueantur. Beda.
Magnum enim tormentum est demoni a lesione
hominis cessare, et tanto dimittit gravius
quanto possidet diucius. Sequitur enim: Dicebat
enim illi: Exi spiritus immunde ab homine. Cy
rillus. Attendas mox pugnabilem virtutem
Christi, cum quassat sathanam. Cui verba Christi
sunt ignis et flamma, secundum quod psalmista dicit:
liquefacti sunt montes a facie dei, id est sublimes
et superbe virtutes. Sequitur: Et interrogabat
eum: Quod tibi nomen est. Theophilus. Interrogat
quidem dominus, non ut ipse sciret, sed ut ceteri scirent
multitudinem habitancium demonum. Crisostomus.
Nec si ipse diceret quod multi sunt, incredibile fie
ret. Vult ergo quod ipsi confiteantur quod multi erant.
Unde sequitur: Et dicit ei: Legio michi nomen
est, quia multi sumus. Non dicit determinatum
numerum, sed multitudinem. Non enim prodest ad
sciam exquisicio numeri. Beda. Confessa autem
publice peste quam furens tollerabat, virtus
curantis gracior appareret. Sed et nostri temporis
sacerdotes qui per exorcismi graciam demones
eicere noverunt, solent dicere pacientes non aliter
valere curari, nisi quicquid sapere possunt omne quod
ab inmundis spiritibus visu, auditu, gustu,
tactu vel alio quolibet corporis aut animi sensu
vigilantes dormientesque pertulerint confiten
do patenter exponant. Sequitur: Et deprecabatur
eum multum ne se expelleret extra regionem.
Crisostomus. Aut ut Lucas dicit: in abyssum. Ab
yssus enim est separacio huius mundi. Timebant
enim demones mitti in tenebras exteriores
dyabolo et suis angelis preparatas. Hoc autem
Christus facere poterat, permisit tamen eos in hac
terra esse, ne absencia temptacionis homines
corona victorie privaret. Theophilus. Et
ut nobiscum pugnaturos nos proiectos consti
tuant. Sequitur: Erat autem ibi circa montem
grex porcorum magnus pascens. Augustinus de
consensu. Quod hic dicit Marcus circa
montem fuisse gregem, Lucas autem in monte,
nichil repugnat. Grex enim porcorum tam
magnus fuit ut aliquid eius esset in monte,
aliquid circa montem. Sequitur: Et deprecabantur
eum spiritus dicentes: Mitte nos in porcos ut
in eos introeamus. Remigius. Demones autem
non sponte intraverunt in porcos, sed pecierunt
ut eis concederetur, ut demonstraretur quod non possunt
nocere hominibus nisi permissione divina. Demones
autem non pecierunt mitti in homines, quia illos
cuius virtute cruciabantur humanam speciem gesta
re videbant. Nec pecierunt ut in pecora
mitterentur, quia velud munda animalia in templo
dei offerebantur. Pecierunt autem ut in porcos

mittentur quia nullum animal est immundius
porco et demones semper in spurcitiis delectantur
Sequitur Et concessit eis statim ihesus Beda
Ideo quidem permisit ut per interfectionem porcorum
hominibus salutis occasio prebeatur Crisostomus
Volens siquidem iram quam contra homines habent de-
mones omnibus demonstrare et quod multo peiora
vellent hominibus infligere si possent vir-
tute non impediti divina Et quia in hominibus
hanc demonstrationem fieri eius pietas non ferebat
ipsos in porcos intrare permisit ut in illis
virtus et furor demonum videatur. Sequitur
enim Et exeuntes spiritus inmundi intraverunt
in porcos Et magno impetu grex precipi-
tatus est in mare ad duo milia et suffoca-
ti in mari Qui autem pascebant fugerunt
et nunciaverunt in civitatem et in agros egres-
si sunt videre quid esset facti Titus Fu-
gam autem arripuerunt pastores ne cum por-
cis perirent et huiusmodi terrorem cuilibet
intulerunt Unde sequitur Qui autem pas-
cebant eos Illos autem ad salvatorem
duxit necessitas dampni. frequenter enim cum
deus homines dampnat in rebus possessis
confert beneficium animabus Unde sequitur
Et veniunt ad ihesum et vident illum qui
a demonio vexabatur. sedentem scilicet
iuxta pedes a quibus nactus erat salutem
quem antea nec cathene compescere poterant
vestitum et sane mentis qui gemino nudus
erat Et obstupuerunt in facto. Unde
sequitur Et timuerunt. hoc igitur miraculum
partim visu partim verbis cognoverunt Unde sequitur
Et narraverunt illis qui viderant qualiter
factum esset ei qui demonium habuerat et de
porcis Theophilus Stupentes autem propter miraculum
quod audierant timuerunt et propter hoc de-
precabantur ipsum ut ab eorum recedat finibus
et hoc est quod subditur Et rogare eum ce-
perunt ut discederet a finibus eorum Time-
bant enim ne aliquid tale aliquid paterentur
Contristati enim de porcorum perditione pre-
sentiam renuunt salvatoris Beda vel conscii

flagiciorum ipse presentia domini se iudicabant
indignos Sequitur Cumque navem ascenderet
cepit illum deprecari qui a demonio vexatus
fuerat ut esset cum illo Theophilus Timebant
enim ne aliquando invenientes eum demones re-
intrarent in eum Dominus non remittit eum in domum
suam Innuens ei quod cum ipse presens non esset
tamen sua virtus eum custodiret Simul etiam
ut curatus aliis prodesset Unde sequitur Et
ihesus non admisit eum sed ait illi Vade in
domum tuam et ad tuos et nuncia illis quanta
tibi dominus fecerit et misertus sit tui. Vi-
de salvatoris humilitatem Non dixit de-
nuncia omnia que tibi feci. sed omnia que tibi
fecit dominus Sic et tu cum boni aliquid
non tibi sed deo attribuas Crisostomus Licet
autem aliis sanatis precepit nemini dicere conve-
nienter tamen hunc precepit quod annunciet
quoniam omnis illa regio demonibus detenta sine
deo manebat Theophilus Ipse igitur incepit
predicare et omnes mirantur et hoc est quod
sequitur Et cepit predicare in decapoli quan-
ta sibi fecisset ihesus et omnes mirabantur
Beda Mistice autem gerasa vel gergese
quedam legunt colonum eiciens sive advena
approximans interpretatur quia gentium populus
et hostem de corde repulit et qui erat
longe factus est prope Ieronimus hic autem
demoniacus desperatissimus gentium populus
est. nec legem nature nec dei nec humano
timore alligatus Beda Qui in monu-
mentis habitabat. quia in mortuis operibus
hoc est in peccatis delectabatur semper
nocte ac die furebat. quia in mysteriis
adversis malignorum spirituum non cessabat
sed per operum feditatem qui in monumentis
iacebat. per fastum superbie in montibus errabat
per verba durissime infidelitatis quasi lapidi-
bus se concidebat. Dicit autem legio michi
nomen est quia populus gentium diversis
ydolatrie cultibus erat mancipatus Quod
autem spiritus inmundi ab homine intrant in
porcos quos in mare precipitant signifi-
cat quod liberato populo gentium a dampnatione

demoniaci qui christo credere noluerunt abditi agunt sacrilegos ritus Theophilus. Vel per hoc significatur quod demones intrant in homines ad modum porcorum vinetis et volutabro voluptatis se involventes et precipitant eos per desperacionis precipicio in mare [morte] iste et suffocantur Jeronimus. Vel suffocantur in inferno sine respectu morte. Per impetum mature tardis a quibus fugiunt multi. quia flagellato stulto sapiens prudencior fit Beda. Quod autem dominus volentem esse cum illo non admisit significat ut quisque intelligat post remissionem peccatorum regrediendum sibi esse in conscienciam bonam et fruendum eum propter aliorum salutem. ut deinde cum christo requiescat. Gregorius vii moralium. Cum enim quilibet paratur de divina cognicione primo redire ad humana nolumus quietem contemplacionis querentes Sed dominus precepit ut mens prius exsudet in opere et postmodum refici debeat per contemplacionem Jeronimus. homo autem sanatus predicat in decapoli. Decapolis regio Iudee continens qui in littera tantum pendent decalogi. ¶ Et cum transcendisset ihesus Theophilus. Post miraculum demoniaci aliud miraculum dominus operatur filiam scilicet archisinagogi resuscitans. Ad cuius miraculi narracionem ewangelista accedens dicit Et cum transcendisset ihesus in navi rursus transfretum convenit turba multa ad eum et erat circa eum Augustinus de consensu ewangelistarum Intelligendum est autem hoc quod de archisynagogi filia subditur factum esse cum transcendisset ihesus in navi rursus transfretum. Sed quantum post non apparet. Nisi enim fuisset intervallum non esset quando fieret quod narrat matheus de convivio domus sue post quod factum nichil aliud continuo sequitur quam hoc archisynagogi filia. Sicut enim ipse contexit ut ipse transitus apte indicet. Sequitur Et venit quidam de archisynagogis nomine Jairus Crisostomus Nomen posuit propter iudeos qui tunc erant ut nomen miraculi esset ostensivum. Sequitur enim Et videns eum procidit ad pedes eius et deprecabatur eum multum dicens quoniam filia mea in extremis est. Veni impone manum super eam ut salva sit et vivat. Et quidem matheus narrat archisynagogum puellam mortuam nunciasse. Marcus vero graviter infirmatam sed postmodum archisynagogo cum quo dominus ire debebat nunciatum fuisse puellam mortuam esse. Matheus vero eandem rem similiter significat quod sibi mortuam suscitavit breuitatis causa eam dicens obisse quam constat mortuam suscitatam fuisse. Augustinus de consensu ewangelistarum Attendit enim non verba patris de filia sua sed quod est potissimum voluntatem. Ita enim desperaverat ut potius eam vellet reviviscere non credens vivam posse inveniri quam morientem reliquerat. Theophilus Fuit enim hic vir ex parte fidelis in quantum cecidit ad pedes christi. In quantum vero deprecatur ut veniat non quantum oportebat hic fidem ostendit. Oportebat enim eum dicere dic verbo et sanabitur filia mea. Sequitur Et abiit cum illo et sequebatur eum turba multa et comprimebat eum Et mulier que erat in profluvio sanguinis xii annis et fuerat multa perpessa a compluribus medicis et erogaverat omnia sua nec quicquam profecerat sed magis deterius habebat. Cum audisset de ihesu venit in turba retro et tetigit vestimentum eius Crisostomus Mulier ista famosa et nota omnibus erat propter hoc ad salvatorem in manifesto accedere non audebat. neque ante eum venire. quia secundum legem immunda. propter hoc retro tetigit et non ante. quia nec hoc facere audebat sed vestimentorum fimbriam non autem fimbria sed eius cogitacio eam salvam fecit Unde sequitur Dicebat enim quia si vel vestimentum eius tetigero salva ero Theophilus Fidelissima quidem est hec mulier que a simbrys curacionem speravit propter quod consequitur sanitatem Unde sequitur Et confestim siccatus est fons sanguinis eius et sensit corpore quod sanata esset a plaga Crisostomus Hiis autem qui fide tangunt christum virtutes eius cum sua voluntate donantur Unde sequitur Et statim ihesus cognoscens in semetipso virtute

que operat deco q̄ſiuis ad turbam aie-
bat. Quis tetigit veſtimenta mea. Virtu-
tes quidem ſaluatoris exeunt ab eo nō loca-
liter aut corporaliter ipſum mō aliquo vel in-
quietes. Incorporales em̄ ſunt cū ſunt ad
alios exeunt alijs q̄ donant̄ neq̄ tamen
extra eū ſunt a quo exire dicunt̄. ſed ſicut
ſcīe que a doctore diſcentibus tribuunt̄. dicit̄
ergo cognoſcens in ſemetipſo virtutē q̄ ope-
rat deco ut intelligeret. q̄d eo ſciente nō
ignorante mulier ſalutem recepit. Interro-
gabat vō. quis me tetigit. licet ſciret tan-
gentem. ut mulierem venientem manifeſ-
tet et eius publicet fidem et ne virtutis
miraculoſi operis obliuioni tradat̄. Seq̄r
Et dicebant ei diſcipuli eius. vides tur-
bam comprimentē te et dicis quis me tetigit
Queſierat aūt dn̄s quis me tetigit
i. cogitatōe et fide. Non em̄ comprimentes
turbe me tangūt quia nō cogitatu et
fide accedūt. Sequit̄. Et circūſpiciebat
videre eam que hoc fecerat. Theophi9. Vo-
lebat em̄ dominus mulierem manifeſtare
Primo quidem ut fidem approbet mulieris
Deinde ut archiſynagogū ad confidenciā
prouocaret q̄ ſit filia eius curaret̄. Sic
q̄ ut mulierem ſolueret a timore. Etenī
timebat mulier. quia furata fuerat ſanita-
tem. propter quod ſequit̄. Mulier aūt ti-
mens et tremens ſciens quod factū
eſſet in ſe venit et procidit an̄ eū et
dixit ei omnē veritatem. Beda. Ecce q̄
tendebat interrogatio. ut ſcilicet mulier
confiteret̄ veritatem diuturne infidelitatis
ſubdite credulitatis et ſanatōis et ita
ipa confirmaret̄ in fide et alijs preberet
exemplū. Sequit̄. Ille aūt dixit ei. filia
fides tua te ſaluā fecit. Vade in pace et
eſto ſana a plaga tua. Non dixit fi-
des tua te ſaluā factura eſt ſed te ſal-
uam fecit q. d. In eo q̄ credidiſti iam
ſalua facta es. Criſo9. Filiam vero vo-
cat ſanatam fidei rōne. Fides em̄ xp̄i
dei filiatōm pſtat. Theo9. Dicit aūt ei. Va-
de in pace. i. in requiem q̄ dicit vade
requieſce. quia huc uſq̄ fuiſti in anguſtijs

et turbacōibus. Criſ. vel dicit. Vade ī
pace. mittens eam in finem bonorum. In pa-
ce em̄ deus habitat. ut cognoſcat q̄ nō ſo-
lum corpe curata ē. ſed etiā a cauſis cor-
poralis paſſionis. i. a peccatis mūdata. Jero9
Miſtice aūt poſt predicta venit Jairus archi-
ſynagogus. quia cū intrauit plenitudo gē-
tiū tunc omnis iſrl̄ ſaluus fiet. Jairus ſiue
illuminās ſiue illuminatus interpretatur. i. iudaicus
populus exumbra litte depoſita. ſpū illuſtratus
et illuminans procidens ad pedes ihū. i. ad in-
carnacōem ihū ſe humilians rogat pro filia
quia qui ſibi viuit alios viuere facit. A-
braham etiā et moyſes et ſamuel rogat
pro plebe mortua et ſequitur ihūs precēs eorum
Beda. Ad puellam aūt ſanandā per-
gens dn̄s a turba comprimit̄. quia genti
iudee ſalutaria monita prebens. noxia
carnaliū populorum eſt conſuetudine grauatus
Mulier aūt ſanguine fluens ſed a dn̄o
curata eccl̄ia ē congregata de gentibus
Fluxus em̄ ſanguis et ſuper ydolatrē pol-
lucōe et ſuper hijs que carnis ac ſanguinis
delectacōe gerunt pōt recte intelligi. Sed
dū ilud dei iudeam ſaluare decerneret
plebs gentiū paratam promiſſam q̄ alijs
preripuit ſpe certa ſalutem. Theophilus.
Vel mulier q̄ emorroiſſa erat intelligitur
humanā naturā. confluebat em̄ peccatū
q̄ aīam occidens quaſi ſanguinē fudit
aīarum nr̄arum. hoc a pluribus medicorum
ſapientū dictis hui9 mūdi et legis et prophetarum
curari non valuit. Mox ut fimbriā
xp̄i tetigit. i. carnē eius ſanata eſt.
Qui em̄ credit filiū dei incarnatū h'
ē qui fimbriā veſtimentorum tangit. Beda.
Vnde vna credula mulier dn̄m tangit
turba comprimit quia qui diuerſis hereſibus
ſiue peruerſis moribus grauat̄. ſolo catholi-
ce eccl̄ie corde fideliter veneratur. Venit
aūt etiā gentiū retro. quia preſentē in car-
ne dn̄m non videns. peractis iam ſacra-
mentis incarnacōis illius ad fidei eius
gratiam peruenit. Sicq̄ dū participatōe ſac-
mentorum eius ſaluari a peccatis meruit

qui tactu vestimentorum eius fontem sui
sanguinis siccavit. Circumspiciebat autem dominus
videre eam que hoc fecerat quia omnes qui sal-
vari merentur suo dignos intuitu ac mi-
seratione indicat. ¶ Adhuc eo loquente.
Theophilus Hii qui circa archisinagogum
erant ipsum unum ex prophetis esse credebant
et propter hoc eum deprecandum putabant ut
veniens super puellam oraret. Anima vero
iam exspirante puella non putabant esse
necessarium. Et ideo dicitur Adhuc eo loquente
veniunt ad archisinagogum dicentes. Quia
filia tua mortua est quid ultra vexas magistrum.
Sed ipse dominus ad confitendum patrem inducit.
Sequitur enim Ihesus vero verbo quod dice-
batur audito ait archisinagogo. Noli timere
tantummodo crede. Augustinus de consensu ewangelistarum
Non legitur quod suis nunciantibus et prohi-
bentibus ne iam magister veniret ille con-
senserit ac per hoc quod dominus ait ei Noli
timere crede non diffidentem reprehendit sed
credentem robustius affirmavit. Si autem
ewangelista archisinagogum commemorasset
dixisse quod sui ad domum venientes dixerunt
ut iam non vexaretur Ihesus ex magistri animo
eius cogitacio ubi a quo posuit Matheus cum
dixisse quod fuerit puella mortua esset. Sequitur
Et non admisit quemquam sequi nisi Petrum et
Iacobum et Iohannem fratrem Iacobi. Theophilus
Non enim humilis existens ad ostentacionem vo-
lebat aliquid operari. Sequitur Et veniunt in
domum archisinagogi et vident tumultum
et flentes et ululantes multum. Crisostomus Ipse
autem iubet non ululare tamquam puella non
sit mortua sed dormiens. Unde sequitur Et
ingressus ait illis Quid turbamini et plora-
tis puella non est mortua sed dormit. Ieronimus
Archisinagogo quidem dicitur filia tua mor-
tua est Ihesus autem dixit Non est mortua
sed dormit. Utrumque verum est quia dicitur mortua
est vobis michi dormit. Beda Hominibus
enim mortua erat qui suscitare nequiverant
deo dormiebat in cuius dispositione et anima
vivebat et caro resuscitanda quiescebat.
Unde mos apud christianos obtinuit ut
mortui qui resurrecturi esse non dubitantur
dormientes vocentur. Sequitur Et irridebant

eum. Theophilus Derident autem eum tamquam qui
ultra non posset aliquid facere sed ipsi met
tamen se ipsos attestatores disputant tamquam
vere mortuam suscitavit eciam miraculosum erit
si suscitaverit eam. Beda Anima ergo illud
resuscitantis irridere quam credere malebant
merito foras excluduntur ut pote indigni
qui potenciam resuscitantis ac resurgentis
misterium viderent. Unde sequitur Ipse vero
eiectis omnibus assumit patrem et matrem
puelle et qui secum erant et ingreditur
ubi puella erat iacens. Crisostomus Vel ut
ostentacionem aufferret propter hoc autem non
omnes secum esse sinit. Ut vero testes post-
modum haberet divine virtutis tres precipuos
esse discipulos elegit et patrem et matrem
puelle tamquam pre omnibus magis necessarios.
Manu vero et verbo puellam vivificat. Sequitur
enim Et tenens manum puelle ait illi Tha-
bitacumi quod est interpretatum puella tibi
dico surge. Manus enim Ihesu vivificativa
existens mortuum corpus vivificat et vox
autem iacentem erigit. Unde sequitur Et
confestim surrexit puella et ambulabat.
Ieronimus de optimo genere interpretandi Arguit
aliquis ewangelistam mendacii qualiter
exponendo addidit tibi dico cum in hebreo
thabitacumi tantum significet puella surge.
Sed ut sensum vocantis et imperantis ex-
primeret addidit tibi dico. Sequitur Erat
autem annorum xii. Glosa Hoc ewange-
lista addidit ad ostendendum puellam
huius etatis esse quod poterat ambulare In
ambulacione eius non solum suscitata sed et
perfecte sanata ostenditur. Sequitur Et obstupuerunt
stupore maximo et precepit illis vehementer
ut nemo id sciret et iussit illi dare man-
ducare. Crisostomus Ad demonstrandum quod eam vere
suscitavit et non secundum fantasiam. Beda
Mystice autem sanata a profluvio sanguinis mulie-
re mox filia archisinagogi mortua nunciatur
quia dum ecclesia gencium a viciorum labe mun-
data et ob fidei meritum filia est cognominata
continuo synagoga perfidie simul et invidie
zelo soluta est. Perfidie quidem quia magistrum
credere noluit. Invidie vero quia eciam

credere voluit. Et qui arcebant intus sacerdotes
synagoge. Aliud ultra nequaquam inquirunt per-
cepi hodie dicitur qui adeo desperatione synago-
ge statim videntur ut restaurari posse non
credant. Ideo et quia resuscitate illius supli-
candum non esse estimant. Sed si archisyna-
gogus id est cetus doctorum legis credere voluit
et subiecta ei synagoga salua erit. Alius
vero synagogam leticiam dicit in hilaritatis
motu in fidelitatis amisit quasi inter fle-
tes et eiulantes mortua iacet. Tenente
autem puelle manum dominus eam suscitavit. Quo-
niam prius mundate fuerint manus iudeorum
que sanguine plene sunt synagoga mortua non
resurget. Sanatione autem emorroisse mulieris
et resuscitatione puelle salus ostendit generis
humani que a domino ita dispensata est ut
primo aliqui ex israel ad fidem venirent de-
inde plenitudo gentium intraret ac si omnis
israel saluus fieret. Annorum autem xij erat
puella et annis xij mulier erat passa
quia peccata non credentium apparuerunt
~~inicio~~ ricias fidei credentium. Unde dicitur
Credidit abraham et reputatum est ei ad
iusticiam. **Greg[orius] in iiij° moral[ium].** Mortu-
um redemptor noster puellam in domo i[n]-
venem vero extra portam in sepulcro
autem lazarum suscitat. Adhuc quidem in
domo mortuus iacet qui latet in peccatis.
Iam quasi extra portam educitur cuius iniquitas
usque ad verecordiam publice perpetrationis a
perculis sepulture iam aggere premitur qui in
perpetratione nequicie eam usu consuetu-
dinis pressus gravatur. **Beda.** Et notandum
quod leviores et cottidianam excessus levioris
penitencie sunt remedio curari. Unde la-
tente in conclavi dominus facillima voce pu-
ellam resuscitat dicens puella surge. Ut
vero quatriduanus mortuus sepulchri clau-
stra evadere posset fremuit spiritu turbatus
se ipsum lacrimas fudit. Quanto igitur gravior-
aie mors ingruerit tanto acrior necesse est
ut fervor penitentis insistat. Sed et hic
notandum quia publica noxa publico eget
remedio. Unde lazarus de monumento vo-
catus populis innotuit. Levia autem peccata
secreta queunt penitencia deleri. Unde puella

in domo iacens paucis arbitris exsurgit
eisdem quoque ut nemini id manifestent precipitur.
Turba etiam foris eicitur ut puella suscitetur
quia si non prius a secretioribus cordis ex-
pellitur secularium multitudo curarum anima que
interius iacet mortua non resurgit. Illa
autem surrexit et ambulabat quia anima
a peccatis resuscitata non solum a sordibus
scelerum exurgere sed etiam in bonis proficere
debet operibus. Et mox necesse est ut celesti
pane sacietur divini scilicet verbi et altaris particeps
effecta. Sequitur. **Capitulum septimum**

Et egressus inde abiit.
Theophi[lu]s Post
premissa miracula dominus
in patriam suam venit
non ignorans quod con-
tempnerent eum sed ut
excusationem non haberent
ulterius dicendi quia si venisses credidis-
semus tibi. Unde dicitur. Et egressus
inde abiit in patriam suam. Et sequebantur
illum discipuli sui. **Beda** Patriam eius
nazareth dicit in qua erat nutritus.
Sed quanta nazareorum cecitas qui eum quem
in verbis factis quoque illius christum cognoscere
poterant ob solam generis noticiam contempnunt.
Sequitur enim. Et facto sabbato cepit in sy-
nagoga docere et multi audientes mira-
bantur in doctrina eius dicentes. Unde
huic hec omnia et que est sapientia que data est illi
et virtutes tales que per manus eius efficiuntur.
Sapientiam ad doctrinam, virtutes referunt
ad sanitates et miracula que faciebat. Et
Nonne iste est faber filius marie frater
iacobi et ioseph et iude et symonis.
Aug[ustinus] de consensu ewangelistarum Matheus quidem
fabri filium eum dictum esse dicit. Nec
mirandum est cum utrumque dici potuit. Eo
enim et fabrum credebant quo fabri filium.
Ieronimus Filius quidem fabri ihesus voca-
tur sed fabri qui fabricatus est auro-
ram et solem id est ecclesiam primam et sequentem
In quarum figura mulier et puella sanatur. **Beda**
Nam et si humana non sint comparanda
divinis typus tamen integer est quia pater

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg